

illorum conscientias vehementer percuit, laetate, quo magis eam refugere conantur. Recipere se in remotiores latebras fludent, ut divina presentia se subducant; sed ubique se irretitos sentiunt. Soporis calicem ad momentum bibunt, epotantque utque ad faeces, ne lumen Divinitatis videant, & ut interdum lucem illam extinctam sentiant; subinde tamen illucescit, novisque radiis illos percillit, & novo veluti impetu cor, & animumque irruens aggreditur. Si qua illis conscientiae lucta, & terrena anxietate remissio inest, similis quodammodo somno est phreneticorum, & ebriolorum, qui ne dormientes quidem placeat quiescunt; sed horrificis spectris, dirisque simulacris continenter vexantur. Quid hinc consequitur? Illud sane quod alias dictum est, impios videlicet ipsos argumento esse, insulgentium mentibus hominum fuisse Divinitatis sensum, ingentisque omnibus insidere, & quasi in ipsis medullis infixam hanc persuasionem, Deum felicit esse. Incedunt, ostendent, quae in ipsa suorum voluptatum caeno animi tranquillitatem, mentisque serenitatem: quoniam sibi, & aliis mentiri, telis est vermis ille serus, cauteris omnibus acrior, qui sine intermissione vellit, rodit, mordet: cuius aculeum retundere nunquam possunt, quamquam nervos omnes eo intendant, ut Dei notitiam excutiant.

II. *Confectarium secundum.* Deum existere fateantur omnes sapiti, & pii, scelti, & probi necessum est: adeo ut imperium sit de hoc amplius disputare. At, inquis, quanam illius Dei, quem omnes confitemur, & colimus, notio? Stetit inmensitatem, infinitamque maiestatem Dei mens nostra comprehendere nequit; ita plenam exactamque ideam, & notionem promere nequit. Quae Dei notiones lumine tum naturae, tum sibi Sapientiorum excogitantur, proclama. *Platonis* Genitor universalitatis, summum bonum, superius Aether Deus est. *Aristoteles* Ens entium, & Deum vocat. *Seneca* Iummam, & rerum omnium pulcherrimam naturam, *Cicero* praestantissimam mentem. *Trinitatis* Deus est circulus cuius centrum ubique, cuius circumferentia nusquam. *Augustinus* Deus est sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine indigentia creator, sine situ praesens, sine habitu omnia continens, sine loco ubique totus, sine tempore sempiternus, sine sui mutatione mutabilia omnia efficiens. *Serapio Thoma Aquinatus* Deus est actus purus, ens universaliter perfectum, primum omnium causa, & totius perfectionis plenitudo. *Lactantio* aeterna

mens ex omni parte perfecta, & consummata virtutis. *Cassiodoro* virtus incomprehensibilis, sapientia ineffabilis, virtus inexplicabilis. *Ecclesia Catholica* Rex tremenda maiestatis, solus Sanctus, solus Dominus, solus Altissimus. *Scriptura sacra* est qui est: *Ego sum qui sum*: Alpha, & Omega, Deus Sabaoth, Dominus exercituum, Deus deorum Dominus, Dominus dominantium, Dominator Dominus, magnus Dominus, & laudabilis nimis, Deus excelsus, Rex Regum, Rex magnus super omnem terram, cuius magnitudinis non est finis; Dominus virtutum, magnificus, terribilis in consiliis; quis ut Deus? celi, & terra creator, qui lux omnipotentia omnia sustinet, sapientia dirigit, & providentia gubernat.

III. *Confectarium tertium.* Deum boni, malique agnoscunt. Malis cognitio Dei iuplicitum est, bonis solatium. Impiorum contus, quibus vellent Numinis notitiam abolere, Deus nobis revelavit, ut hinc diceremus malitiam omnem fugere, & ab iniquitate abstinere: ut colligeremus vanam esse mentis persuasionem, nisi mundus a virtutis animus sit, omnique superbia vacuum. Summa ergo demissione mundi librum, in quo Numinis depicta maiestas est, legito; divi Pauli Epistolae, ceteraque divinae Scripturas frequentiter revolvito. Noli alius quam par est sapere; sed sobria, & humili contemplatione divina meditare arcana. Haec via est quae ad Dei cognitionem, vitamque ducit aeternam.

IV. *Confectarium quartum.* Ut quis Atheismum devitet, non latet eum Deum fateri; sed versus Deum consentiendum est. Nam *Benedictus Spinoza* Deum fateretur, & propugnat, sed quem sibi ille effinxit. Hanc Dei notionem nobis sibi ille effinxit. Deus unica substantia est infinitis attributis compacta, quorum quodlibet idam aeternitatis, & infiniti includit. *Ethica*. I. prop. xi. seu alior verborum: Totum universum una substantia est, varietis definita. Natura totum est; omnes creaturae sunt partes huius totius; homo Dei pars est. Deus ergo, iuxta *Spinozam*, est natura, seu hoc universum, cuius praecipuae partes sunt cogitatio, & extensio. Creaturae ceterae modi horum attributorum, cogitationis nempe, & extensionis, sunt. Quam sit commentitius Deus iste a *Spinoza* confictus, nemo non videt. Materialis est Deus iste, mutationi & vicissitudinibus obnoxius. Fons quippe mutationum materia est. Anima hominis, *Spinoza* iudice, modus est substantiae infinitae, seu Dei. Non ergo homo, sed Deus cogi-

tat in homine. Ergo contraria, & ineptissima, praevaeque hominum cogitationes Deo attribuenda sunt. Plures sunt qui *Spinozae* systema penitus labefactarunt, cum ex Prote-

stantibus, quos inter *Franciscus Budaeus* Lutheranus, tum ex Catholicis, quorum praecipui sunt *Daniel Huetius*, & *Michael Vassor*. Sed mihi fat est pauca haec delibasse.

PROLEGOMENON II.

IN QUO

Errores adversus Decalogum recensentur. Eiusdem generalis quaedam notitia praemittitur.

IN superiori Prolegomeno Decalogi explicimus praefationem. In eadem Deus se ipsum existere declarat: *Ego sum Dominus*. Data quoque occasione, decrum pluralitatem, quae ipso primo precepto vetatur, explisimus. Nunc propius ad rem qua de agimus, accedentes, qualdam ipsius Decalogi generales praemones delibandas duximus: & primum omnium errores indicantur ad eum ipsum Decalogum; deinceps eiusdem notionem, partitionem, obligationemque brevi calamo edisseram.

CAPUT I.

Lutherus negat Decalogum pertinere ad Christianos, insensitus negat omnia Dei precepta esse possibilia, gratiamque qua possibilia sunt.

I. Decalogum ad solos Iudaeos pertinere *Lutherus* contendit: quippe in sermone de *Moyle* haec scribit. *Decem precepta ad nos non pertinent, sed ad solos Iudaeos*. ... ex textu clare habemus quod etiam decem precepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Iudaeos ex *Aegypto* eduxit *Dominus*: *Luthero* accedit *Philippus Melancthon*. Hinc colliges haud esse mirum quod tantam gentium multitudinem in suam pervertit sectam *Lutherus*. Sublata enim lege, liberis homines carni, & appetitionibus indulgent: idcirco facillime impostori, recentique *Epiluro* auscultabant, eiusdemque nova, atque impia dogmata ambabus ulnis suscipiebant.

II. Haud opus est multis, quibus dira haec haereticis extermineatur. Evangelium ipsum eam aperitissime explodit. Nonne *Christus* inquit *Matth. v. Non veni solvere legem, sed adimplere*? Quae verba edisserens *Tertullianus* lib. IV. cont. *Marcion*. haec docet. *Residuum Christus precepta non occidendi, non adulterandi, non falsum testandi, diligenti patris, & matris? Ante & illa servavit, & quae legant, adiecit. Salvum est & hoc in Evangelio. Non veni dissolvere legem, & Pro-*

phetas, sed potius adimplere. Praeterea *Christus* *Iam. xv.* *Apostolos* suos alloquens, dixit: *Si precepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea; sicut & ego precepta Patris mei servavi, & mansi in eius dilectione.* Tandem adolecenti roganti quid agendum ut vitam aeternam assequeretur, respondit *Christus* ipse *Matth. xxv.* *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata: & interroganti, quae essent mandata servanda: Dicit illi, Quae? respondit *Iesus*: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furivum, non falsum testimonium dices. Honoram patrem tuum, & matrem tuam. Haec sunt ipsa Decalogi mandata. Quo ergo ausu evulgare *Lutherus* potuit in publicum, nullum mandatum impostuisse *Christum*, Christianoque ab observantia *Iosive* Decalogi? Si liberi a Decalogo Christiani forent, nemo ad illum servandum teneretur: non *Turcae*, non *Saraceni*, non *Indi*, non aliae nationes: quoniam per *Lutherum* solis *Iudaeis* legem haec impostuit, quia solos *Iudaeos* ad *Aegyptiacam* captivitate solvit. Denique nec ipsos *Iudaeos* obligare amplius Decalogus: quoniam post morem *Redemptoris* nostri lex *Mosaicam* ceremonialis, sicut quae solos affligebat *Iudaeos*, cessavit. Quae omnia erronea sunt. Mandata siquidem Decalogi sunt ipsius naturalis iuris principia in tabulis huiusmodi cordium scripta. Iisdem omnes homines inbecilliter semper tuere, si habebat, prout ceremonialis est, excipias. Verum ne in re aperta immoremur, latius sit adducere quae *Concilium Tridentinum* decrevit*

adversus hanc monstruam Lutheri haeresim scilicet. vi. cap. xi. can. 19. *Si quis dixerit, nihil preceptum esse in Evangelio praeter fidem, cetera esse indifferentia, neque precepta, neque prohibita, sed libera, aut decem precepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.* Canon vero sequens haec continet: *Si quis hominem iustificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei, & Ecclesiae, sed tantum ad credendum; quasi vero Evangelium sit nuda, & absoluta promissio, & aeterna sine conditione observatio mandatorum; anathema sit.*

III. Quae obicit Lutherus, futilla sunt. Siquidem scitum illud Pauli ad Galatas III. *Christus nos redemit de maledictio legis, factus pro nobis maledictum;* & iterum cap. v. *In libertatem vocati estis, fratres: de sola libertate loquitur a servitute peccati, de qua Ioann. VIII. Qui facit peccatum, servus est peccati.* Hanc interpretationem exhibet D. Thomas in Commentariis ad caput III. ad Galat. scilicet. *De maledictio legis, id est de culpa, & poena: quod fufius explicat in Commentariis ad cap. IV. Idem significat alter textus qui de libertate a culpa, & poena, & a timore loquitur, ut ex ipsis verbis colligitur quae statim subiicit Apollolus: Tantum ne libertatem in occasione detis carnis; sed per caritatem spiritus servite invicem: ubi Angelicus haec habet: Galatae autem iam liberi erant a lege; sed ne credant eis licere peccata committere, quae lex prohibebat; ideo Apollolus subdit ab usum libertatis, dicens: Tantum ne &c.* Eadem prorsus dixerat Hieronymus ibi. Altera etiam interpretatio, quod communis est, divi Pauli menti proxime accedit. In tota namque illa Epistola Paulus eo tendit ut ostendat Galatas post mortem Christi a caeremoniis, & iudiciis veteris legis liberos esse; quos contrarium existimabant Galatae, cepti a Pseudo-apostolis, qui docebant legem Moisaicam simul cum Evangelio servandam esse. Si plura cupis, consule Alphonsium a Castro verb. *Preceptum.*

IV. Altera haeresis est Melancthonis Lutheri discipuli, qui Libro de loc. com. Theologic. titulo de discrimine ne preceptorum, & consistorum haec scribit: *Quidam fixerunt in Evangelio consilia esse ad non venditendo, de paupertate, de virginitate. & quidem putant in Evangelio doceri hoc sine, quod haec opera magis mereantur reconciliationem, aut salutem, quam alia opera. Deinde fugiunt haec opera perfectionem esse. Sed haec sunt plena errorum & superstitionum. Una est lex Dei, quae*

nihil nisi precepta continet. Antea cum suo magistro Luthero nullum in Evangelio, praeter fidem; dari preceptum docuit. Nunc factus & ipse magister leptonianalis, ex consilio, omnia esse precepta quae Deus in Evangelio suggerit, evincere studet. Hic singularis haereticorum character est, errores a roribus addere, & perpetrata flagitia novit cumulare criminibus. In Philippum Melancthonem optime quadrat illud Horatii:

Dum vitant fulti vitium, in contraria currunt.

Calvinus parum a praefata distat sententia, quin plura, & peiora eructat. Admittit legem, sed eam observari impossibilem praedicat Lib. II. Instit. cap. VII. num. 5. ubi haec habet. *Quod autem impossibile legis observationem diximus, id est paucis verbis explicandum, simul & confirmandum; sicut enim vulgo absurdissima sententia videtur, ut Hieronymus non dubitavit anathema illi denuntiare. Quid visum sit Hieronymo, nihil moror. Nos quid verum sit inquiramus. Nihil moratur modestissimus Calvinus quid Chrysolomus, quid Augustinus, quid Patribus, quid Ecclesiae visum fuerit, & etiamnum videatur. Ipse tribunal erigit, indexque sed erecendit. Non modo vulgo, sed etiam omnibus ratione praeditis stulta, & monstruosa visa semper vult opinio isthaec, quae blasphemat Deum obligare fideles suos ad eam servandam legem quae servari nullo modo potest. Iniusum, crudelique Deum constituit, dum eum punire Christianos efficit Calvinus ob illius legis violationem, cuius observatio suapte natura impossibilis est. Mitto alia putida mendacia quibus Calvinus Catholicis improperat, illos inter consilia recentere precepta quae dilectionem iubent inimicorum, vetantque vindictam. An impudenter calumnia excogitari possit, non video. Plures alios errores praetereo, ut brevitati studeam.*

V. Ianfenius virus calvinisticum epotavit. Impossibilia esse aliqua Dei precepta, & gratiam quae possibilia sunt, deesse docuit. Libertatem, & facultatem servandi precepta in Adamo extinctam, non lesam, cum Calvino existimavit. Haec est prima ex quinque propositionibus quas in Ianfenio damnavit Ecclesia. Haeresis haec adeo fatua est, & impia, ut superfluum sit eam longius refellere. Iustus enim Deus est qui ad impossibilia neminem cogit.

Notio Decalogi, eiusque distributio.

I. Vera Decalogi notio quae communiter traditur, haec est: Decalogus lex naturalis est, & divina, in decem precepta tributa, aliquotque Dei in tabulis inscripta, & per manus Moysi Iudaeorum populo data. Quam functionem dat, edisseritque D. Thomas 1. 2. quae. c. art. 3. Lex naturalis nuncupatur Decalogus, quod omnia precepta iuris naturae ad illum aut tanquam principia, aut tanquam consecutaria reducuntur, ut docet Augustinus quae. ex. Exod. *Non tam multa locutus sit Deus, duae tantum tabulae dantur Moysi lapidae, quae dicuntur tabulae testimonii, futurae in arca. Nimirum omnia cetera quae precepit Deus, ex illis decem preceptis quae duabus tabulis inscripta sunt, pendere intelliguntur, si diligenter quaerantur, & bene intelligantur; quomodo haec rursus decem precepta ex duobus illis, dilectione scilicet Dei, & proximi, in quibus tota lex pendet, & Propheta.*

II. Divina lex vocatur, quod (inquit Angelicus) precepta Decalogi per seipsam Deus dicitur populo proposuisse; alia vero precepta proposuit populo per Moysen.

III. Primus qui unico simplici nomine haec decem precepta Decalogum appellavit, fuit Clemens Alexandrinus Lib. 6. Stromat. cui sequentes tum Graeci, tum Latini Patres accellerunt.

IV. Decalogus ergo iste in decem fecatur precepta, & in duas tabulas, quarum una Deum, altera proximum spectat. Omnibus probatur; sed partitio non omnibus eadem est. Iudei, Iosephus praecipue, & Philo, quibus adherent Origenes Lib. de Decal. Athanasius in synop. & alii nonnulli, precepta quae ad primam tabulam pertinent, ad quatuor extendunt. Nam primum in duo fecant; quorum unum est, *Non habebis deos alienos in conspectu meo;* alterum *Non facies tibi sculptile.* Verum ne preceptorum numerus augetur, duo ultima, videlicet *Non concupisces uxorem proximi tui, & Non desiderabis rem proximi tui,* in unum contrahunt. Hanc opinionem acriter defendit Calvinus Lib. II. Instit. cap. VIII. §. 12. eo animo, pravaque intentione, ut viam sibi ad sacras posteritendas imagines sternat. Communior sententia est illa quae tria dantur primum, septem secundae tabulae precepta tribuit. Hanc expresse docet Augustinus quae. lxxi. in Exod. *Quaeritur, decem precepta legis quomodo dividenda sint: utrum quatuor sint usque ad preceptum de sabbato, quae ad ipsum Deum pertinent; sex autem reliqua, quorum primum est, Honora patrem, & matrem, quae ad hominem pertinent: ut primum illa tria sint, & ista septem. Qui enim dicunt illa quatuor esse, separant quod dictum est, Non erunt tibi dii alii praeter me; ut aliud preceptum sit, Non facies tibi idolum &c. ubi signentur colenda prohibentur. Unum autem volunt esse, Non concupisces uxorem proximi tui, Non concupisces domum proximi tui, & omnia usque in finem. Qui vero illa tria esse dicunt, & ista septem, unum volunt esse quicquid de uno colendo Deo praecipitur, ne aliquid aliud praeter illum pro Deo colatur; haec autem extrema in duo dividunt, ut aliud sit, Non concupisces uxorem proximi tui, aliud, Non concupisces domum proximi tui. Quoniam tamen esse precepta neutri ambigunt: quoniam haec scriptura testatur. Haec relata partitione subdit Augustinus: *Mihi autem videtur congruentius accipi tria illa, & ista septem: de qua & Trinitatem videtur illa quae ad Deum pertinent, insinurare diligentius inventurum; & reuera quod dictum est, Non erunt tibi dii alii praeter me, hoc ipso perfectius explicatur, cum prohibentur colenda signenta. Concupiscentia porro uxoris alienae, & concupiscentia domus alienae tantum in peccando differunt, ut illi quod dictum est, Non concupisces domum proximi tui, adducta sint & alia, dicente Scriptura: Neque agrum eius, neque servum eius, neque ancillam eius, neque bovem eius, neque subingale eius, neque omne pecus eius, neque quaecumque proximi tui sunt. Dixerunt autem videtur concupiscentiam uxoris alienae a concupiscentia cuiuslibet rei alienae, quando utrumque sic cepit: Non concupisces uxorem proximi tui: Non concupisces domum proximi tui: Et hinc cepit cetera adiungere; non autem cum dixisset, Non concupisces uxorem proximi tui.**

V. Sententiam Augustini adprobat Angelicus 1. 2. quae. c. art. 4. & 5. ubi fidei rem hanc explicat, concluditque: *Unde etiam Augustinus ponit duo precepta de non concupiscentia rem alienam, & uxorem alienam; & sic ponit tria precepta in ordine ad Deum, septem in ordine ad proximum: & hoc melius est.*

CAPUT III.

Quomodo principia generalia iuris naturalis, ut Bonum est faciendum, & malum declinandum &c. Item precepta dilectionis Dei, & proximi, fidei, spei, & caritatis, & alique iuris naturalis mandata in Decalogo continentur.

Facillime solutionis sunt que propofimus. Iuris naturalis precepta in tres classes fecantur. In prima collocantur ea que sunt per se nota, & vocantur prima principia, ut bonum est faciendum, & malum vitandum. Ad secundam classem revocantur ea que proxime prima consequuntur: quorum alia solo naturali lumine cognoscuntur, ut Pater honorandus est; alia vero ratione naturali luce divina perfusa cognoscuntur, ut Non facies tibi sculptile. Postrema denique in classe ea reponuntur que, ut ex primis principis proficisci ostendantur, sapientum consideratione opus est, ut et illud Levit. xix. Honora personam senis, & cetera plurima. Prima classis mandata iuris naturæ ad Decalogum pertinent ceu illius principia, postrema vero classis tanquam eisdem conclusiones.

II. Hæc omnia docet Angelicus 1. 2. q. c. art. 3. Illa ergo precepta ad Decalogum pertinent quorum naturam homo habet per seipsum a Deo. Huiusmodi vero sunt illa que statim ex principis communibus primis cognosci possunt modica consideratione, & iterum illa que statim ex se ideo insula innotescunt. Inter precepta ergo Decalogi non computantur duo generis preceptorum: illa scilicet que sunt prima, & communia, quorum oportet aliquam editionem esse, nisi quod sunt scripta in ratione naturali, quasi per se nota; sicut quod homo nulli debeat malum facere, & alia huiusmodi: & iterum illa que per diligentem investigationem sapientum inveniuntur rationi concurre. hæc enim proxima a Deo ad populum mediante disciplina sapientum. Utraque tamen horum preceptorum continentur in preceptis Decalogi, sed diversimoda. Nam illa que sunt prima, & communia, continentur in eis sicut principia in conclusionibus proximis; illa vero que per sapientes cognoscuntur, continentur in eis e converso sicut conclusiones in principis.

III. Ad dilectionem Dei, & proximi quod attinet, responderet D. Thomas ibidem ad primum argumentum, quo obicitur, mandata illa, Dilige Dominum Deum tuum, & dilige proximum tuum, non pertinere ad Decalogum, his verbis: Dicendum, quod illa

duo precepta sunt prima & communia precepta legis naturæ, que sunt per se nota rationi humana vel per naturam, vel per fidem, & ideo omnia precepta Decalogi ad illa duo referuntur, sicut conclusiones ad principia communia.

IV. Precepta itidem fidei, & spei Decalogum precedunt. Prius namque fidei subditi oportet qui legem suscipiant, quam lex promulgetur. Subiciuntur autem Deo homines, illum credendo, ab eodemque premia sperando. Præclare hoc explicat Angelicus 2. 2. q. xvi. art. 1. Lex non imponitur ab aliquo domino nisi suis subditis: & ideo precepta legis presupponunt subiectionem cuiuslibet recipientis legem ad eum qui dat legem. Prima autem subiectio hominis ad Deum est per fidem, secundum illud Hebr. xi. Accedentem ad Deum oportet credere quia est: & ideo fides presupponitur ad legis precepta. Quod idem de fide dicendum sit, patet per se.

V. Ut rem totam breviter perstringamus, iuvat isthuc transcribere que docet D. Thomas 1. 2. q. c. art. 11. ubi declarat, quomodo omnia precepta moralia revocantur ad Decalogum. Cuius namque mandato adscribitur ea que ad illud revocari possunt. Porro istorum cognitio non parum ad læcernandas, perspicendisque peccatorum species conducit. Audiamus Angelicum. Alia precepta moralia superaddita Decalogo reducuntur ad precepta Decalogi per modum cuiusdam additionis ad ipsa. Nam in primo precepto Decalogi prohibetur cultus alienorum deorum, cui superadduntur alia precepta prohibitiva eorum que ordinantur in cultum idolorum; sicut habetur Deut. xviii. Non inveniatur in te qui lultret signum suum, aut filiam suam, dum dato refigium: nec sit maleficus, atque incantator, nec pythones consulat, neque divinos, & quærat a mortuis veritatem. Secundum autem preceptum prohibet perjurium: superadditur autem et prohibitio blasphemie Levit. xiv. & prohibitio falsæ doctrine Deut. xiii. Tertio vero precepto superadduntur omnia ceremonialis. Quarto autem precepto de honore parentum superadditur preceptum de honoratione senum, secundum illud Lev. xix. Coram capite capite concharge, & honora personam senis: & universimode omnia precepta inducuntur ad reverentiam exhibendam maioribus, vel ad beneficia exhibenda vel equalibus, vel minoribus. Quinto autem precepto, quod est de prohibitione homicidii, additur prohibitio odii, & cuiuslibet violationis contra proximum, sicut illud Lev. xix. Non stabis contra sanguinem proximi

tut

tui: & etiam prohibitio odii fratris, secundum illud Levit. xix. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Preceptum autem sexto, quod est de prohibitione adulterii, superadditur preceptum de prohibitione meretricii, secundum illud Deut. xxiv. Non erit meretrix de filiabus Israel, neque fornicator de filiis Israel: & iterum prohibitio vitii contra naturam, secundum illud Levit. xviii. Cum masculo non commiteberis, cum omni pecore non cobis. Septimo autem precepto de prohibitione furti addungitur preceptum de prohibitione usure, secundum illud Deut. xviii. Non feneraberis fratri tuo ad usuram; & prohibitio fraudis, secundum illud Deut. xxv. Non habebis in saculo diversa pondera: & universimode omnia que ad prohibitionem calumnie, & rapine pertinent. Octavo vero precepto, quod est de prohibitione falsi testimonii, additur prohibitio falsi iudicii, secundum illud Exod. xxiii. Nec in iudicio plurimum acquiesces sententiam, ut a veritate devies: & prohibitio mendacii, sicut ibi subditur, Mendacium fugies: & prohibitio detractionis, secundum illud Levit. xix. Non eris criminator, & falsuro in populo. Alia autem duobus preceptis nulla alia addunguntur: quia per ea universimode omnia mala consensentia prohibentur.

VI. Primo mandato Decalogi prohibetur ne divinus honos falsis tribuatur diis, nec creature alicui, sive astris, sive elementis, aut animalibus, sive hominibus, & Angelis, & ut patris omnia comprehendam, quidquid superpositionem facit, veratur. Non habebis duos altares coram me. Hæc est prima mandati particula. Falso tamen hinc colligitur Lutherani, & Calvinistæ, sanctorum sive Angelorum, sive hominum postmortem divina presentia, æternæque felicitate donatorum, cultum precepto illi veteri. Quam conclusionem oppugnat Grotius ipse inter Protestantes egregius auctor in Commentariis ad cap. xx. Exod. De animabus (inquit) multo magis dicendum, quod de stellis ætatis, cum ad preces surda sint, neque libertate eligendi sint prædita, falso his deorum impost nomen. Non potest idem dici de Angelis, qui & intelligere preces possunt, & beneficia ex animi quadam liberalitate præstare. Hos ergo qui honore prosequitur aliqui, que etiam aliquid eorum beneficium se sperare posse consequi, non peccat in hanc legem; sed ista demum qui eis ea tribuit que summo Deo sunt propria. Exempla rem illustrabunt. Non peccant qui Angelos, quoties ipsi conspiciunt apparere, venerari sunt precibendo, ut Ioseph

v. 14. quippe cum & Prophetis idem honores exhibitis sit sine peccato, ut ei qui putabatur Samuel, 1. Samuelis xxviii. 15. Eia II. Reg. cap. xiii. Danieli ii. 46. Qui minus, & libamania vetat, reverentie signum non vetat, ut ibi notatum a Iosepho Iacobiæ. Nam quod in Apocalypsi Angelus eum honorem a se amoveat, non tade venit quod in eo esset quod illiciti, sed Apostolum sibi æquat Angelus, quod ambo Christi, tam Angelorum capitis, ministris essent; & apostolica legatio ad hominum salutem comparata nulla parte anglica esset inferior. Non solent autem pares inter se ista submissionis signa usurpare. Est autem hæc illius loci explicatio non nova, sed ab Ambrosio, & Gregorio magno tradita. Origines VIII. ad verus Cellum concedit in veteri veneratione honorari posse Angelos, si modorepugnet eius vocis significatio. Neque peccatum putem, si qui Angeli sibi apparentis commendationem apud Deum imploret, quo Maimonides tradita que apud Iobum leguntur xxxiii. 23. quæcum consentit quod Philo Ioseph Angelos Mediatores vocat.

VII. Altera particula que succedit, Non facies tibi sculptile, neque onivm similitudinem deæ idola, fallorumque deorum imagines spectat, ut liquido colligitur ex Levit. xix. 4. Sapient. xiv. 1. ad Corinth. viii. 4. 5. 6. Constat autem Deum de quibusvis imaginibus non loqui, ex Chærbisim alatas humani vultu effigies habentibus in Templi peratris locatis. Vetat denique imagines ethnicorum consecratis ritu, in quibus vix aliquam divinam includi autumabant, ut Tertullianus Lib. de idolol. Cyprianus Lib. de idol. cap. 6. & alii Patres docent. Ab his porro fimo mulieris tantum distant Catholicorum imagines, quantum lux a tenebris. Nullam istis inesse divinam virtutem credimus, nullam in eisdem ipem collocamus, nullam eis divinum tributum honorem soli Dei debitum.

VIII. Sequitur: Non adorabis ea, neque colies, divinum scilicet honorem eidem offerendo. D. Thomas 1. 2. q. c. art. 7. ad 2. docet nihil ex hoc primo precepto elici posse adverius Catholicorum imagines. Quippe, dato etiam quod Hebræis quodcumque imaginum, simulacrorumque genis veterum fuerit, preceptum istud non tantum torant, sed ceremoniale etiam fuit. Ceremoniale, inquam, quatenus vix quæquam imaginem verat; morale vero, propterea idola, & idololatriam vetat. Illa precepta que sunt pure moralia, habent in universam rationem, unde non operantur quod in eis aliqua ratio adhibetur. Sed

quæ

quibusdam præceptis additur ceremonialis deter-
minatum præcepti moralis communitas, sicut in
tertio præcepto determinatur dies Sabbati. Et
ideo utrobique oportet rationem assignari. Hæc
D. Thoma interpretatio aridet vel ipsi Gro-
tius, qui eam suo calculo probat in comment.
ad cap. xii. Exod. Ut ad Christianos veniam,
illi nec aliis Hebræorum legibus indetermine-
te obligatos crediderit, nec illa de non haberi-
se formis sculptilibus animantium. Nam &
interpretationem, & vana meretriciosa tales ima-
gines possunt existeret. Insuper vero, aut pictis
figuris, ut quæ nec Hebræis sine discrimine in-
terdixit erant, nisi sint etiam liberius, ut nos
habet memorata a Tertulliano figura Pastoris
in calice. Immo nec Christi quidem figura ab-
solutum, postquam Imperatores Christiani fueret.

Christus purpureum genuum textus in eum
Signabat labarum: dypteron insignia Chri-
stus.

Plurima alia ibidem Grotius sequitur in
favorem sacrarum Catholicorum imaginum,
quæ legenda, & commeditanda a Protestan-
tibus essent.

IX. Ad primum Decalogi præceptum re-
vocatur etiam mandatum cultum prohibens
Molochi. Levit. xviii. 21. De semine tuo
non stabis ut consecreris idolo Moloch, nec poli-
tus nomen Detur. Non convenit inter eru-
ditos quinam e falsis diis fuerit Moloch. Nam
alii Saturnum, alii Mercurium, nonnulli Lu-
ciferum fuisse contendunt. Sed de hoc nihil
ad nos investigare spectat. Eodem primo præ-
cepto vetatur illustratio piaculari flamma fa-
cta, quæ veteres Ethnicis filios per ignem tra-
ducentes Moloch litabant. Deut. xviii. 10.
Nec immolatur in te qui sufficit filium suum,
aut filiam suam, dicens per ignem. Hinc ope-
rit duxit illa Christianorum quorundam su-
perstitio, qui in novissimis ingentes rogos ac-
cendentes per mediam transibant flammam so-
lebant. Hanc superstitionem damnavit Tru-
lana Synodus can. xlv.

X. Lex quæ tonsionem capitis in orbem,
carnicem incisionem, & signata prohibet,
sub primo Decalogi mandato continetur, Le-
vit. xix. Neque in vestimentum atradentibus co-
pam, nec vaditis barbam: & super mortuo
non inciditis cornem vestram, neque frivatis
aliquis, aut signata facietis vobis. Penes
Ethnicos mos obtinebat capillitium in orbem
tendendi, in occipitio cinctum relicto, &
Soli, aut Saturno consecrato; quam tonsuræ
formam, falsis diis consecratam, prohibuisse
Deum Iudeis. Interpretes non pauci docent.

Sed addunt communis alii, extracardinarium
nituram, in defunctorum exequiis ritu su-
perstitioso fieri totam, hæc lege prohiberi.
Constituere enim Pagani capillos scindere,
& in mortuorum busta, loculos, aut lepul-
cra, vel eadavera incirere, ut deos manes pro-
pitiant, Carnis etiam incisionem super mortu-
tis factam, quæ in more erat apud Ethni-
cos, qui ungubus quoque genas lanabant;
item signata quibus Ethnicis falsis numini-
bus sese devotebant, eorumque nomen, seu
notam hieroglyphicam ignitis acubus, vel ty-
pis, & characteribus candentibus volge, fronti,
alterve corporis membro inurebant; id-
que potissimum in amicorum, parentumque
defunctorum officium præstabant, et sincere-
mentem, ferventemque erga eisdem amorem tes-
tarentur, atque ut inferos deos, manesque
placarent; atque his similia hoc ipso manda-
to verita esse non dubitatus. Denique hæc
primo præcepto divinationes, aguræ, maleficia
pythonia, & divinatorum consultationes, necromantia,
& divinatorum consultationes, necromantia,
& omneque superstitionum genus
prohibetur.

XI. Quæ hucusque narravimus, fere omnia
negantia sunt, seu prohibentia. Illud quod
præcipit Deus, cultus est sui maxime debi-
tus, etque religionis actus, de quo infra.
Amorem, qui actus caritatis est, non præ-
cipi hoc mandato, dictum est supra: quoniam
principium universale est, ex quo Deca-
logus ipse, seu proximum consecrarium,
proficitur. Quod tamen intelligendum ve-
nit non absolute, sed juxta præcælam loquen-
di formam. Ceterum scripta yix coli Deus
potest sine amore. Hinc Christus Dominus
Dei dilectionem maximum mandatum appel-
lat Matth. xxii. nam Phariseorum doctore
interroganti: Magister, quod est mandatum
magnum in lege? ait illi Jesus: Diliges Deum
dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in
tota anima tua, & in tota mente tua: hoc
est maximum, & primum mandatum: quod
repetit Luc. x. & Marc. xii. Est ergo pri-
mum, maximumque mandatum, id est pri-
mum, firmissimumque universæ legis princi-
pium, & finis. Plenitudo legis dilectio. Qua-
propter nimium aberrant qui solis externi
actibus primum Decalogi præceptum implevi
existimant. Sed de hoc pro dignitate suo
loco.

CAPUT IV.

Primum Decalogi præceptum duplex, affirmans
& negans. Momenta quæ ad colendum Deum
inducere debent, recensentur. Cur impietate
neque conspiciatur Deum, neque amare coner-
tur, vixus indicatur.

I. UT iam indicavimus, duo potissimum
in primo Decalogi mandato conti-
nentur: quorum unum prohibet ea quæ ca-
pitæ superiore descripti, appellaturque, se-
pitandum hanc cultum divinum præcipit,
negans; alterum cultum divinum præcipit,
vocatque mandatum affirmans. Sentus ergo
vocatque verborum, Non habebis deos alio-
rum illorum me, est: Me verum Deum coles,
cultumque mihi delitum diis alienis ne exhi-
beas: nec facies tibi sculptis &c. Quam in-
terpretationem tradit Catechismus Tridentinus
in prim. præcept. Decal. n. 3. Nam quod
dicitur, Non habebis deos alienos coram me,
eam habet sententiam consuetam: Me verum
Deum coles: alienis diis cultum non adhibe-
bis. Hinc Christus Dominus illorum verborum
sensum exponit Matth. iv. ubi diabolum
adorati volentem repellens, ait: Vade Sa-
tan: scriptum est enim: Dominum Deum tuum
adorabis, & illi soli servies.

II. Momenta quæ humanas excitant mētes,
cordaque alliciunt ad Deum colendum,
eiusque servandam legem, indicat, exponit-
que Catechismus Tridentinus III. Part. in
Decal. c. 1. n. 3. 4. 5. & seqq. Quin Deus
ipse legem suam rogando, rationes servandæ
legis præmittit. Quo enim, queso, perti-
nent verba illa Exod. xx. Ego sum Dominus
Deus tuus? & illa Malach. 1. Si Dominus
ego sum, ubi est timor meus? Plurimum ergo
jovabit ad cultum divinum in mentibus
nostris excitandum cogitatio illa quæ Deum
legis auctorem refert, de cuius potestate haud
dubitare valeamus. Quod invaret unum Deum
cum Epicuro sateri, qui, abiectione mundi re-
gimine, otio oblectaretur, & quicum nihil
nobis esset negotii? Ne ergo, ut Scholasti-
corum non pauci speculationum metaphysi-
corum nimium avidi, ludamus in eo desi-
gnando in quo Dei essentia sit, videlicet in
actuali, an radicali intelligere, an in essen-
tiate &c. qualis sit Dei nostri dignitas, ma-
jestas, bonitas, & sapientia offendendum no-
bis est. Deum ergo & ut hactorem nostram,
qui sua nos potentia & nihilo in lucem edu-
xit, saluicque, providentia regit, omnique
benedictionum genere prosequitur, & ut re-

deemptorem animarum nostrarum, quas pro-
prio sanguine vinculis captivitatis eximit, com-
mendatari debemus. Hæc duplex Dei notitia
non est facile dicta quam sit efficax ad amoris
divini ignem accendendum. Prima namque
nobis repræsentat non solum quod Deus, sic-
ut hunc mundum semel condidit, sic im-
mortalis potentia sustinet, sapientia moderat-
ur, bonitate conservert, humanum genus
præditum iustitia, iudicioque regat, interi-
coralia toleret, præsidio tæat; sed etiam
quod nunquam vel sapientia, vel iustitia,
vel potentia, vel rectitudinis, vel sinceræ
veritatis aliquid reperitur quod ab ipso non
fiat, & cuius ipse non sit causa. Hæc sane
cogitatio lubre mentem tuam haud potest,
quod simul exemplo cogites te ipsius
figmentum, eiusdemque imperio iure crea-
tum additum, atque mancipatum esse; vitam
tuam illi debere, & omnia quæ agis, ad
ipsum referenda esse. Hinc ergo consequitur
vitam tuam nam prave corrupti, nisi ad il-
lius obsequium tota componatur: quoniam
recta vivendi lex, eius esse debet voluntas.
Agnosce ergo Deum tuum bonorum omnium
fontem esse, in illius fide, ac fiducia recum-
be, illius gloriam promovere fatagito, eiusdem
mandatis obtempera. Si malorum,
ac miseriarum cumulo premaris, sciro in il-
lius clementia paratum remedium esse: quo-
niam non Dominus tantum, sed Pater tuus
est. Recogita iustum esse iudicem, ad sceler-
ra vindicanda armatum: cuius tribunal semper
tibi ante oculos proponere debes, ut il-
lius metu a perpetrandis flagitiis appetitiones
tuas cohibere valeas. Perpende, non
minus ad illius gloriam attinere, impios sce-
lestique severis punire supplicis, quam ius-
tissis æternæ vitæ mercedem retribuere. Quan-
quam tamen confitentem sit a divini iudicii
sensu initium reperere solentis tue, te
quæ vindictæ formidare a peccando coercere,
suscitant tamen ibi non est, sed ultra pro-
grediendum, Deumque loco patris amare,
revereri, oblatvare, & colere, etiam nulli
esset inferi, solamque illius horre offen-
sionem. Quam celestis amoris flammam va-
lidius excitabit cogitatio illa in facie Cri-
sti sui. Siquidem Deus ipse, ut Iudam popu-
lum in sui obsequium alliceret, illius au-
ribus insonuit: Ego sum Dominus Deus tuus,
qui eduxi te de terra Aegypti. Quæ verba
hæc Hebræis Aegyptiorum dominati libera-
tis convenire videantur; tamen, inquit Cata-
chismus Tridentinus, si interiorum salutis
universæ rationem spectemus, multo magis

ad Christianos homines pertinent, qui non ab Aegyptiaca servitute, sed e peccati regione, & tenebrarum porelate a Deo eripi, atque in regnum Filii dilectionis hinc translati sunt. Cujus beneficii magnitudinem intrinsece Hieremias praedixit illud: *Ece dies veniunt, dicit Dominus; & non dicitur ultra: Vrit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti; sed vrit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de universis terris ad quas eieci eos; & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum. Ece ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos.* cap. xvi. Paternum indulgentissimum per Filium suum filios qui erant dispersi, congregavit in unum, ut iam non servi peccato, sed iustitiae serviamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris: Luc. iv. Nullus esse dicendi finis, si beneficia illa immensa que illa nobis vitae, & morte pro salute nostra operata contulerit Servator divinus, enarrare vellent. In praesens iustitiae aliqua dumtaxat debitalia, & quamdam Religionis nostrae germanam formam delineasse.

III. Illud nunc revocandum in memoriam est, cur tam pauci sint qui Deum reverentur, colant, amantque. Omnium mentibus inditum Dei notitiam supra ostensum est. Siquidem, ne quis ad ignorantiae praerexum confugeret, quamdam sui ipsius intelligentiam Deus ipse indidit universis, cuius memoriam continenter renovat quotidiana beneficiorum collatione. Dum hominibus innatum Dei notitiam asserimus, sensus non est quod omnes reipia notitia hac ornati sint; sed quod proxima facultate & viri fuerant quae possint, nisi propria malitia obstat, Deum cognoscere. Idololatria ipsa amplissimum documentum est, ut alias animadvertimus, Divinitatis sensum omnibus cordibus incipitum esse. Quippe cum lignum, lapidem, & rapam colere malint homines quam ut putent nullum illos habere Deum, constat vehementissimum istam esse de Numine impressionem, quae adeo ex hominis mente obliterari nequeat, ut facilius fir naturae affectum frangi.

IV. Quae cum ita se habeant, cur huic innatae de Deo cognitionis amor, cultus, & observantia erga Deum in tam paucis respondet? Non aliquid nisi ex flagitiorum, criminumque teterissima caligine, quae illius notitiae lucem undique verum tenebris obdu-

cit. Ex quo, quam sit potens iniquitatis impetus, quam tragica calamitas inquit in animas invehit peccatum, colligere quisque poterit. Si enim vel ipsam de Iupremo Numine insitiam notitiam evellere conatur; quo non abripit cetera naturae, & gratiae dona? Ut tamen proprio damnetur testimonio, irritus est iniquitatis conatus in obliteranda ab humanis mentibus Dei cognitioae. Reperitur utriusque etiam hac nostra tempestate qui bilateram, paucorum varietate, & caliditate excogitatum Religionem esse, ut hac arte simplicem populum in officio continerent Principes; cum tamen ipsi, qui aliis auctores erant Dei colendi, nihil minus crederent quam aliquem esse Deum. Quod veritatis homines fuerint qui pura commenti sunt in Religionis negotio, quis est qui ignoret? Quin hic ait potissimum inquiraris fructus, Deum corde negare illo ipso tempore quo mentem confiteri astringitur. Quae iura eo evadit ex deo, quo malitia magis augetur. Quamvis vero cum istimo insipit inchoantur sensu, innotaque notitia, ut inde Deum excecetere, excoelo deterrere perentent; nunquam tamen eo minus super invaseit quin ad suum illos Deus revocant tribunal. Solaminis illi quidpiam foret, si peccatis audacia, & consuetudine obdurati, lapsos ita iudicere possent, ut omnem Dei memoriam a se repellere valerent. Quapropter iusta Dei vindicta evenit ut aliqua Iupremi Numinis cognitione semper illutrentur, quo continenter supplicio torqueantur severiore.

CAPUT V.

Præceptorum Decalogi obligatio gravis est, dispensationi obnoxia minime sunt præcepta isthaec.

Praecepta Decalogi, quae & iuris naturalis sunt, quoniam hominum mores formant, & divini, quod Deus illa praecipit, suapte natura gravem praeterunt obligationem. Defectus usus rationis, ut in factis, imperfecta deliberatio, ut accidit cum quis subita commotione, ut accidit cum percussit, materiaeque percitus proximum unus oboli, levem efficere transgressionem quandoque potest. His sublati circumstantiis, transgressio cuiusque circumstantiis, talis est. Quaevis tamen Decalogi violatio a Deo hominem transgressorem abstrahit, avertitque. Inter Theologos omnes hac de re convenit: quocirca plura verba faciendae minime sunt.

II. De eorumdem praecceptorum dispensatione dissentit Theologi. Ochamus II. *Sent. dist. xix.* contendit non modo omnia Decalogi praeccepta dispensari, seu relaxari a Deo posse; verum etiam posse Deum istdem opposita praecipere, si velit, ut odium sui ipsius, mendacium, idololatriam, idque genus familia. Quod ut evincat, textum promit D. Lucae i. *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Haec opinio erronea est. Textus evangelicis hunc prodit sensum; nempe Deum ea omnia efficere posse quae ut fiant, minime repugnant. Ea vero fieri repugnant quae suapte natura mala sunt. Ex Ochami sententia, Deum peccare quoque posse inferri: quod aures horrent. Altera sententia defendit, in praecceptis primae tabulae Deum dispensare non posse; secunde vero tabulae mandata divinae dispensationi obnoxia esse. Haec opinio Scoti in III. *Sent. dist. xvii.* cuiusque discipulis adjudicatur.

III. Tertia sententia docet, nullum Decalogi praecceptum nec a Deo, nec ab homine dispensari proprie posse. Haec sententia vera est, atque inter Theologos communis. Eam docet D. Thomas 1. 2. *quest. c. art. 8.* Ricardus in III. *dist. xxxvii. art. 4.* Abulensis in cap. xx. *Exod. quest. xxxvii.* Cajetanus 1. 2. *quest. c. art. 8.* Conradus, & Medina *ibid.* Soms Lib. II. *de iust. & iur. qu. 111. art. 8.* Montehanus *disput. xxvi. de legib. Aporus Tom. I. Lib. VI. cap. I. quest. 111.* Valentia *disput. vii. q. iv. punct. 6.* Becanus *tract. III. cap. III. quest. iv.* Valquez *disput. chxxx. Salas ad quest. xxiv. tract. xiv. disput. v. sect. q. Granados controu. vii. de legib. tract. II. Tamenus disput. v. quest. 1. dub. 4.* Silvius 1. 2. *quest. c. art. 8.* Salmonientes *tract. xxi. cap. 1. punct. 11. num. 17.* Altitudonensis, Bonaventura, Major, Navarrus, Sanchez, Covarruvias, Barbosa, Comitolis de *contract. P. I. cap. xvi. ubi* Tulliano eloquio more suo D. Thome sententiam propugnat.

IV. Si varius dispensationis significatus exponatur, fortasse diffiduum omne tolleretur. Scitur cum his de dispensatione in ampla significatione accepta loquitur. D. Thomas, ceterique Theologi, dum indispensabilia enuntiant Decalogi mandata, dispensationem iuxta veram eundem notionem, propriamque significationem considerant. Dispensatio fufius laetiusque considerata quamlibet interpretatione, declarationem, vel abrogationem legis, sin omnino, saltem ex parte, prodit. Hoc pacto dispensare idem est ac declarare quod

aliquis lege in hoc aut illo casu non teneatur; aut quod aliquis actus qui absolute illicitus est, propter materiae mutationem licitus sit. Dispensatio preste accepta, ac iuxta suam propriam significationem est, cum superior a lege, suam vim retinente, aliqua eximit, ceteris omnibus legis vinculo obstrictis. His positis, D. Thome sententia rationibus evincitur.

V. Decalogi praeccepta ea iubent quae suapte natura bona, caetera vetant quae ex se mala sunt. Quae porro eiusmodi sunt, nulla valent, etiam divina, potestate per dispensationem relaxari. Nec enim Deus ipse efficere valet ut quae natura sua bona sunt, mala evadant, aut e contrario. Quam rationem lubet alio pacto proponere, ac ipsis fere D. Thome verba explicare. Quippe legislator in lege condenda bonum commune intendit; ac mutuum subditis inter iustitiam, & tranquillitatem. Tria prima Decalogi mandata ipsum Deum spectant; secunde vero tabulae septem praeccepta ordinem iustitiae inter homines servandae praescribunt. Tam ergo prima quam secunde tabulae mandata intentionem continent legislatoris; bonum commune primum, deinde inter homines equitatem spectantis. Praeccepta autem quae legislatoris intentionem in se continent, dispensationem nullam excipiunt. Hinc est quod plurimae leges dispensationi subiacent, quia quandoque accidit quod, si in hoc aut illo casu servarentur, legislatoris intentio frustraretur, seu legis observantia esset contra legislatoris mentem. Si ergo Decalogi praeccepta semper intentionem Dei praefertant, nunquam dispensationi obnoxia sunt. Verba transcribamus ipsius Angelici 1. 2. *quest. c. art. 8. in cor. Tunc in praecceptis debet fieri dispensatio, quando occurrit aliquis particularis casus in quo, si verbum legis observaretur, contrarietaretur intentioni legislatoris. Intentio autem legislatoris est subditis ordinatorem primo quidem, & principaliter ad bonum commune; secundo autem ad ordinem iustitiae, & virtutis, secundum quem bonum commune conservatur, & ad ipsum pervenitur. Si qua ergo praeccepta deuter quae continent ipsum conservationem boni communis, vel ipsam ordinem iustitiae, & virtutis, huiusmodi praeccepta continent intentionem legislatoris; & ideo indispensabilia sunt: puta, si poneretur haec praecceptum in aliqua communitate, quod nullus desereret Republicam, neque praeferret civitatem hostibus, sine quod nullus faceret aliquid iniuste, vel male;*

essent indispensabilia: sed si aliqua alia præcepta traderentur ordinata ad ista præcepta, quibus determinatur aliqui speciales modi; in talibus præceptis dispensatio potest fieri, in quantum per omissionem huiusmodi præceptorum in aliquibus casibus non fieret præiudicium primis præceptis, quæ continent intentionem legislatoris, puta, si ad conservationem Reipublicæ statueretur in aliqua civitate, quod de flagrantibus vicis aliqui vigilarent ad custodiam civitatis oblecta, potest cum aliquibus dispensari propter aliquam maiorem utilitatem. Præcepta autem Decalogi continent ipsam intentionem legislatoris, scilicet Dei. Nam præcepta prima tabula, quæ ordinantur ad Deum, continent ipsam ordinem ad bonum commune, & finale, quod Deus est. Præcepta autem secunda tabula continent ordinem iustitiam inter omnes observandam, ut scilicet nulli fiat indubitum, & taliter reddatur debitum. Secundum hæc enim rationem sunt intelligenda præcepta Decalogi. Et ideo præcepta Decalogi sunt indispensabilia. Hanc eandem rationem fusi- os exponit alius quidem verbis in III. Sent. dist. xxxvii. q. 1. art. 4. Hanc doctrinam hausit Angelicus noster ex ipso Christo dicente Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata: tum ex D. Paulo, qui epist. ad Rom. cap. xiii. hæc docet: Qui diligit proximum legem implevit: Nam non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo insinuantur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Iuxta D. Paulum caritatis lex secundæ tabule præcepta recto complectitur vinculo. Atque caritatis lex nullam patitur relaxationem, aut mutationem. Ergo neque Decalogi mandata. Huiusce rationis laqueus irretit Scotus asserit magnopere, inquit Paulus Cornelius, ut lex expediat; sed parum, mea quidem sententia, aut admodum nihil proficit.

VI. Ut paucis omnia comprehendam, præcelsis habenda semper est distinctio præceptorum quæ legislatoris intentionem immediate, & immediate natura exprimit, continentem, ab illis mandatis quæ tanquam media, & instrumenta apta ad legem servandam præstolantur. Exemplum quod D. Thomas libuit, peroptime rem declarat. Si quis, inquit ille, præcipit ut nemo Rempublicam destruat, ut nemo quidquam iniuste operetur, immutabilia sunt omnino eiusmodi præcepta: quia ipsam legislatoris præferunt intentionem, & bonum commune directe spectant. Illius porro generis sunt Decalogi præ-

cepta. Mandata vero quæ media præstolantur quibus commune civitatis bonum tantum rectum cultodierit, dispensationibus, & mutationi forent obnoxia; ut si Rector civitatis iuberet ut cives omnes alternatim excubias agerent, quibus eximere superior posset, quod bono communi expediat quorundam civium conservatio. Hæc omnia perspicua sunt, idcirco longiora esse non debent.

VII. Adversus expolitam doctrinam pluribus obicitur Scotus, & Durandus ex sacra Scriptura accellita: nempe quod Abrahamo innocenti filii necem Deus imperavit: quod divino imperio Ægyptiorum gazam apertaverunt Iudæi: quod illius iusti Osee æ adultera muliere filios procreavit: quod Samson seipsum eidem quibus obtinuit hostes, ruinis oppressit: quod prius Patriarchæ non una contenti uxore, plures duxerunt, eaque in eodem contubernio, atque convictu retinuerunt: quod lex de rebus una possidendis, utendisque, ante primorum parentum crimen data, perpetuo flagitio abrogata fit: quod denique sacramento Romanus Pontifex extol- vit. Hæc ferme argumenta obiciunt illi qui iuris naturalis vim immutabilem convellere satagunt.

VIII. Ut nullo nesorio præfata argumen- ta diluamus, duplex distinguenda in Deo potestates est: una effectoris, & summi rerum omnium Domini; altera iudicis, & legisla- toris. Hæc posteriore utrens facultate non laxavit unquam, nec laxare valet aliquod Decalogi mandatis. Aliena enim, invito domino innocente, surripere ita inquam intrinsecus est, ut nullius legislatoris auctoritate, aut iudicis sententia iustum fieri possit. Si priorem potestatem exercere Deus velit, quæ largitus hominibus est, five vitam, five uxorem, five regna, five opes, bonaque omnia, vel ab his auferre, vel ab uno in alium transferre potest æquissime; multoque æquius ac istius quom quisque propriam, qua non eget, vellem, aut pecuniam alteri donare valet. Nec in hoc quidquam dispensationis elucet, inquit Scotus lib. cit. cuius est doctrina isthæc. Cum enim rem tuam alteri tradis, non dispensas in furto: quia qui accipit a domino sponte liberare rem suam donante, haudquaquam furatur; ut si pater velet, præcipit ut filius, inquit laudatus Scotus, eo invito traderet amico, non dispensat in furto, licet invitus filius expolietur, quia pater verus dominus est; quemadmodum in furto minime dispensaret Prælati mens, si me inficio, aut invito, suppellectilem qua utor, al-

te-

teri traderet. Hæc doctrina posita, quam ex D. Thoma hautam illustravit Dominicus Scotus, corruunt omnia argumenta.

IX. Et ut a primi solutione exordiamur, cum Deus Abraham iussit filii immolationem, neutiquam homicidii legem relaxavit; sed tantum patri tradidit: licet quilibet dominus peccidem suam, cui voluerit, maclandam tradere valet; & si homo dominus esset vitæ suæ, licet proprie pecunie, alteri, ut se occideret, facultatem tribuere posset. Non quilibet ergo hominis occisio homicidium lege prohibuit dicitur: quin lex ipsa naturalis hominem flagitiosum occidi iubet: quapropter cum iudex reum carnis perniciem tradit, minime in homicidio dispensat; sed potestate utitur sibi a Deo collata super hominem bono communi Reipublicæ infestum. Ex quo enim crimen commisit morte dignum, ius in vitam amisit suam.

X. Facilior est secundi argumenti solutio. Nam Deus, nedum ut supremus Dominus, sed etiam ut iudex, Ægyptiorum vala Hebrais tradidit. Nullam siquidem laborum quoque Ægyptiis Hebræi impenderant, mercedem receperant; idcirco Deus legitima potestate iudicis usus, debitum sumpendum Iudæis per- solvit, quemadmodum propter execranda Chananeorum scelera illorum terras suo populo tradidit. Nec iudex in furto dispensare dicitur, dum criminolus bonis omnibus privat.

XI. Cum vero facultatem Deus Osee fecit ut meretricie invito uteretur, non iudicis, sed supremi Domini potestatem exercit: ideoque ipse sine muliere maclandam, ita quoque utendam homini tradere iure potuit. Nec copula illa fornicaria fuit: nam vel Deus animos utroqueque ita conciliavit ut mutuo consensu matrimonium inirent ambo; aut ipse consensum supplere iuberet hæc tria argumenta verbis Angelici dispellere 1. 2. quæd. c. a. 8. ad 3. Occisio hominis prohibetur in Decalogo, secundum quod habet rationem indebiti: sic enim præceptum continet ipsam rationem iustitiae. Lex autem humana hoc concedere non potest, quæ licite homo indebitè occidat: sed malefactoris occidit, vel hostes Reipublicæ, hoc non est indebitum. Unde hoc non contrariatur præcepto Decalogi, nec talis occisio est homicidium quod præcepto Decalogi prohibetur, ut Aug. dicit Lib. 1. de lib. arb. cap. xv. Et similiter si auferatur alicui quod suum erat, si debitum est quod suum amittat, hoc non est furtum, vel rapina, quæ præcepto Decalogi prohibetur.

Et ideo quando filii Israel præcepto Dei uterentur Ægyptiorum ipsa, non fuit factum: quia licet eis addebatur ex sententia Dei. Similiter & Absalon, cum confessis occidere filium, non confesit in homicidium: quia debuit erat una occidi per mandatum Dei, qui est dominus vitæ, & mortis. Ipse enim est qui pascit mortis insigunt omnes homines iusti, & iniusti pro peccatis patris parentis: cuius sententia si homo sit exequatur auctoritate divina, una erit homicida, licet non ipse Deus. Et similiter Osee accedens ad uxorem fornicariam, vel mulierem adultæram, non est necatus, nec fornicatus: quia accessit eam que sua erat secundum mandatum divinum, qui est auctor institutionis matrimonii. Sic igitur præcepta ipsa Decalogi quantum ad rationem iustitiae quæ continent, immutabilia sunt; sed quantum ad aliquam determinationem per applicationem ad singulares actus (ut scilicet hoc, vel illud sit homicidium, furtum, vel adulterium, aut non) hoc quidem est mutabile; quandoque sola auctoritate divina, in his scilicet quæ a solo Deo sunt iniuncta, sicut in matrimonio, & in aliis bus iustis: quandoque etiam auctoritate humana, sicut in his quæ sunt commissæ hominum iurisdictioni: quantum enim ad hoc homines gerunt vicem Dei, non autem quantum ad omnia. Adeo perspicua sunt Angelici verba ut nulla egerit explicatione: illorum enim summa hæc est. Decalogi mandata caudent quæ natura sua bona, honesta, iusta, ac necessaria sunt; contra ea vetant quæ ex le- gitimitate sunt, atque profus vitanda. Quamdiu rei iusta, aut vetita vim naturamque retinent suam, ad Decalogum spectant; si qua adiunctio tales esse desierint, extra Decalogum esse censendum est. Idcirco consilium Angelici doctrina, quod iussa Decalogi relaxari dispensatione nequeunt. Sed quodque Dei aut effectoris summi, aut iudicis potestate fit ut circumstantia aliqua adiecta, non contingatur in Decalogo, quæ aliquo absolute inspectata ad illud pertinebat.

XII. Quod ad Samionem attinet, duplex circumferatur responsio, & utraque optima. Prima est Augustini assensum, Samionem celestis illustratione perfusum mortem filii concivisse, ut hostes suos puniret. Altera subdit, absque illa revelatione potuisse Samionem, seu virum fortem, extremo se obicere periculo, ut inimicos Dei periret. Potuit siquidem non inane concipere sperem evadendi mortem. Deo maxime auxilio implorato, qui prius sibi relicto est

vires. Id etiam asseritur de Eleazaro, qui tamquam strenuus miles elephantem impetivit propria viâ posthabita, ut dicit Sotus.

XII. Plura hic dicenda forent de uxorum pluralitate, nisi in tractatu tum de lege naturali, tum de matrimonio latius controversia hæc dicenda esset. Nunc obiter admonemus, iuris naturalis mandata talia esse prima, & universalia, ut sunt hæc: bonum amandum, malum fugiendum: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: alia quæ ex his proxime prosunt, ut sunt Decalogi mandata. Hæc sive primi, sive secundi generis mandata indispenabilia prorsus sunt: quia vetant ea quæ genere suo mala sunt, inbenigne res iuxta naturam honestas, ac necessarias. Postrema sunt quedam iuris mandata quæ versantur circa materiam quæ aliquid circumstantiæ adiunctione variationem, ac limitationem excipit: potissimum quod finis harum rerum, non earumdem natura, mensura finis malitiae, aut bonitatis. Quia tamen finis intimus est, nulla humana, sed dumtaxat divina potestatis mutari sequuntur. Inter hæc triplicis generis naturalia præcepta hic est ordo, ut postrema secundis, secunda primis cedant. Nec uxorum pluralitas, nec maritalis coniunctio in primo sanguinitatis gradu sunt contra ius primarium, aut secundarium: quippe absolute, & intrinsicè mala non sunt; quia tamen finem a natura spectatum impediunt, illique officiant, ipsæ tantum ad ius naturale. Quapropter solus natura conditor potest eadem honestare: quoniam ipse solus, ut universi generis humani legislator, & conditor, & comprehendit quando finis occurrit nobilior, magisque divinum cultum, commoneque bo-

num promovens, cuius intuitu possit declarare, naturalem legem tertii generis in hoc aut illo casu non obligare. Idcirco uxorum multitudo antiquis patribus concessa fuit, quia religiose sobolis propagatio ad excitandum in teris, conservandum, amplificandumque divinum cultum plurimum conducere Deus cognovit. Prohibitio connubii inter fratres, non præfert aliquam iniustitiam, iniuriæviæ quam coniugum alter pateret; sed naturalem tantum indecentiam, ac fœditatem. Nihil ergo vetat quin Deus, causa data, valeat in hoc dispensare: mihi quæ satis probabile est quod si universum humanum genus superfluis in patre & filia remaneret, possent, divino accedente consensu, matrimonio iungi.

XIV. Ad duo postrema argumenta obvia solutio est. Nam, ut dictum est, naturalium legum tripartita est ratio: quedam præcipiunt quæ necessarii suscipienda sunt; quedam vetant quæ fugienda sunt necessarii; nonnullæ autem aliqua prohibent ob finem gravissimum, quem incipiunt; aut nec iubent, nec vetant; sed utendi, vel non utendi eiusmodi legibus hominibus concessa potestas est. Istius generis est ius sociale res a Deo conditas communiter possidendi. Nihil ergo contra naturæ ius melius sunt homines, cum res communes dividerent; sive eorumdem hominum consensione, sive Adami imperio, sive quorumcumque iustis, atque inductu facta divisio sit. Quod de instrumenti dispensatione subditur, in tractatu de iuramento latius dilatur. Veram plura de his omnibus dicentur cum de lege naturali sermo recurret. Pauca hæc nunc delibasse satis fit.

LIBER PRIMUS IN DECALOGUM.

DISSERTATIO PRIMA.

DE FIDE.

UT communi Theologorum viæ insistant, antequam singula Decalogi præcepta edissero, trium theologicarum virtutum præceptiones exhibeam oportet. Harum namque cognitio viam ad pleniorum Decalogi intelligentiam comparandam æternit, quippe virtutes illæ fundamentum, & finis Decalogi. Fides basis est universæ religionis. *Fides est humane salutis vitium, fundamentum, & radix omnis iustificationis*, inquit Synodus Trident. sess. xviii. cap. viiii. Caritas autem totius legis finis est, ut ex Apostolo do-

docet Augustinus in Enchirid. cap. cxxi. *Omnia igitur præcepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit Apostolus I. Timoth. 2. Finis autem præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Sub initium autem præfati Libri rogatus Augustinus, quomodo colendus Deus sit, respondit, *fide, spe, caritate colendum Deum.* Cum itaque primum Decalogi mandatum Dei veri cultum præcipiat, iure ab his virtutibus orsa nostra ducimus quibus potissimum Deus colitur.

CAPUT I.

Recentiores propositiones damnatae ab Ecclesia in materia fidei quæ mores regit.

ERRORES nonnullos qui fidei divinæ recte efficiunt, in Prolegomenis recentissimus; iterumque non paucos alios in hoc eodem Libro consutabimus. In præsentia propositiones isthæ transcribam quæ ab Ecclesia proscriptæ sunt. Sequentes ergo propositiones Summus Pontifex Innocentius XI. damnavit in fidei materia.

I. *Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili, Etsi fructum Probabilissimam.* Hanc proscriptam opinionem docet expressè Thomas Sanchez *Lib. II. Sum. cap. 1. n. 6.* extra articulum mortis, quo in casu probabiliorum sententiam amplecti quique tenetur; inquit ille. Ergo nec altera Theologia est pro morte obumbrata, altera pro vita ducenda? *Probabilissimus vite cursui intersit: Probabiliorismus extremam iustam regit?* Pleres quoque Protestantæ doctrine ferunt, in vita Lutheri religionem, in morte catholicam optimam esse. Præfatum opinionem proscriptam absolute defendit Ioannes Sanchez *disp. xix. num. 9.* Pater Viva in commentariis ad hanc *proposit. num. 4.* eidem favere opinioni D. Thomam scribit; sed falsæ aque, ac iniuriolæ, ut suo loco palam fiet. Ex proscripta thesi optime, ac solido ratiocinio colligitur proscriptio opinionis minus probabilis in conspectu probabilioris in quacumque materia necessaria ad salutem. Cur licitum erit opinionem minus probabilem sequi in contractu, pacto, fœdere, de cuius iustitia disputatur; secus in materia fidei? Quia, respondet P. Viva, *namquam licet sequi opinionem minus probabilem, quando datur lex, consuetudo, conventio de sequenda probabiliori; aut quando periculum gravis damni ad id obliget.* Egrege vero, Nullum ne gravis damni periculum urget in legum controversiis dirimendis? Error culpabilis in illis non detrudit in infernum, quemadmodum error infidelitatis? Cur error hic culpabilis erit, innocens vero *Conc. Theol. Tom. I.*

in alia materia? An periculum gravis damni imminet, si erres in fidei negotio; nullum vero periculum iacturæ instat, si iura violas, iustitiæque corrupas? Præ oculis habenda est doctrina vel ipsius P. Viva inquisientis ad prop. 1. Alexand. VII. n. 6. *Ubi damnatur aliqua propositio, attendenda est ratio damnationis: quæ, si æque militet pro propositione affini, hæc pariter implicite declaratur falsa, & omnino improbabilis.* Sed hæc cursum?

II. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.* Hanc sententiam docet Thomas Tamburinus *Lib. II. in Dec. cap. 1. n. 9. & 10. pag. 37. col. 2.* Fallitas istius sententiæ ex se patet. Si enim fide potissimum Deus colitur, illius arcantis, & mysticæ mentem captivando, quasi afferre iure aucti nullum urgere fidei præceptum, quo Deus colatur?

III. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.* Hanc quoque opinionem docet Tamburinus *loc. cit. num. 8.* ubi ait: *Si sermo est de actu fidei necessario necessitate salutis; & hinc quidem semel in vita elicere satis esse, modo videmus: num. 3.* Porro *num. 3.* citat pro hac sententia Thomam Sanchez, & Aragonium. Quasi tamen nimium rigida foret opinio isthæ, subdit: *Benignius loquitur Castropalaus Tom. I. tract. iv. disp. 1. par. 11. num. 5. & 7.* Viden quo recidat non paucorum Probabilistarum benignitas? Fides divina æternæ salutis initium est: & tante virtutis actum semel elicere lat erit?

IV. *Si a potestate publica quis interrogatus, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum, consulo; tacere, ut peccaminosum per se, non damno.* Hanc propositionem in nullo Caluistarum inveni. Pater Viva ex Sandæo librum decerpant afferit *nu. 3.* ex quibusdam thesibus Antverpiæ propugnatis ann. 1674. præside P. Arnaldo Marchant Minorita. Adeo falsa est, ut illam vel ipsi benigneiores Probabilistæ rejiciant.

V. *Voluntas non potest facere ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus quam mercator pondus rationum ad assensum impellentium.*